
ARTIUM AURELI CORNELI CELSI LIBER·
QUAE RATIO MEDICINE POTISSIMA SIT
ET QUEMADMODUM SANOS AGERE CŌ-
VENIAT· LIBER PRIMUS· INCIPIT· FELICIT·

V T ALIMENTA SA-
NIS CORPORIBUS
AGRICULTURA SIC
SANITATEM EGRIS
medicina promittit Hec
nusq̄ quidem nō est· si qui-
dem etiam imperitissime
gentes herbas aliaq̄ promp-
ta in auxilium uulnerum
morborūq; nouerunt· Ve-
rūtamen apud grecos ali-
quanto magis q̄ in ceteris nationibus exculta est ac ne a-
pud hos qdem a prima origine, sed paucis ante nos seculis
utpote cum uetustissimis auctoribus esculapius celebretur.
Qui quoniam ad hodiernam et uulgarem hanc scientiam pau-
lo subtilius excessisset in deorum numerū receptus est. Huius
deinde duo filii podalirius et machaon bello troiano ducem
Agamenonem sequuti non mediocrem opem commilitonibus
suis adtulerunt. Quos tamē homerus non in pestilentia ne-
q̄ in uariis generibus morborum aliquid adtulisse auxilii, sed
uulneribus tantūmodo ferro et medicamentis mederi solitos
esse proposuit. Ex hoc apparet has artes medicine solas ab
his esse probatas, easq; esse uetustissimas, eodemq; auctore
disci potest: morbos tum ad iram deorū immortalium rela-

Das erſte Blatt einer Pergamenthandſchrift der Corvina (König Matthias-Bibliothek).